

titia rerum, quas Græci *ἰστορίας* uocant. de Fin. 139 a, Natura ingenuit notitias paruas rerum maximarū. de Fin. 97 a, Hoc quarto, &c. bonorum notitia facta est. Offi. 51 a, Valetudo cōseruatur notitia sui corporis. pro Cel. 51 b, Notitia noua mulieris. de Finib. 67 a, Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. de Leg. 150 b, Nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei.

Noto, as. animaduerto, obseruō, distinguo, describo, designo, inuro, constituo. Orat. 199 a, Facile est uerbum aliquod ardens, ut ita dicam notare, idq; reprehendere. de Or. 111 b, Non est dubium, quin si quis hoc animaduertit, id possit notare. de Clar. 194 b, Apollonius in notandis animaduertendisq; uitijs prudentissimus. & 195 a, Quid tanquam notandum animaduertendumq; sit in Hortensio, breuiter licet dicere. de Or. 233 a, Genus huius ridiculi insigni aliqua & nota re notari uolo. & 160 a, Numerum in guttis cadentibus, quod interuallis distinguuntur, notare possumus. & ibid. b, Notatur maxime similitudo in conuiescendo. & 161 a, Hæc uulgus imperitorū in audiendo notat. de Clar. 179 a, Ut hoc in qua ætate accidisset posset notari. Att. 106 b, Diem tuum ex epistola tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram. Top. 221 b, Demonstrare & notare locum. Or. 207 b, Conseruare & notare tempora. de Nat. 59 a, Multa diuturnus usus ita notauit, ut artem diuinationis efficeret. de Orat. 94 a, Quæ obseruata sunt in usu dicendi, hæc ab hominibus peritis animaduersa ac notata sunt. de Di. 82 b, Obseruata sunt hæc tempore immenso, & significatio euentus animaduersa ac notata. & 127 a, Chaldæi animaduertunt ac notant ea sidera, quæ, &c. de Diu. 80 a, Chaldæi motus stellarū obseruauerūt, quibus notatis quid cuiq; significaretur memoriæ prodiderūt. & 99